

William Camden
Britannia (second edition)
London
1587

BRITANNIA

SIVE
FLORENTISSIMORVM REG=
NORVM, ANGLIÆ, SCOTIÆ, HI=
BERNIAE, ET INSVLARVM AD=
iacentium ex intima antiquitate
Chorographica descriptio.

Authore
GVILIELMO CAMDENO.

Nunc denuo recognita, & plurimis locis adaucta.

LONDINI,
Per Radulphum Newbery.
Cum gratia & priuilegio Regiæ Maiestatis.
1587

.....

191

<163>

Cantium. Kent.

Ad Cantium nunc perueni, quam
regionem licet Guilielmus
Lambardus, vir insigni eru=
ditione, & moribus sanctissimis
ornatissimus, adeo graphice iu=
sto volumine descripserit, vt cu=
riosa eius fœlicitas paucula aliis
reliquerit; pro suscepti tamen
operis ratione, eam quoque per=
curram, & ne sublesta, vt inquit
Comicus, fide me agere quis existimet, eum mihi fundum,
& fontem fuisse libens merito hic agnoscam.

Nomine antiquo non dum tempus hanc regionem spo=
liauit, sed vt Cæsari, Straboni, Diodoro Siculo, Ptolemæo, &
reliquis Cantium dictum fuerit, sic Saxonibus, teste
Nennio, Cantguarlantd, id est regio virorum Cantium
incolentium, & nobis Kent. Hoc nomen a Cainc, quæ Bri=
tannis frondem sonat, quia olim syluis opaca fuerit, dedu=
cit Lambardus. Ego vero, (si coniecturam interponere li=
ceat) cum ingenti angulo in ortum hic Britanniam excur=
rere viderim, obseruarimque eiusmodi angulum in Scotia
Cantir dici, incolas item alterius anguli, in ea parte insulæ

<164>

192

Cantas Ptolemæo vocari, Canganos etiam in Wallia alte=
rum angulum tenuisse, (vt taceam Cantabros, qui angulum
etiam inter Celtiberos insederunt) qui vt vnus originis, v=
nius **ita** linguæ, cum nostris Britannis fuere; coniectarim
a situ nomen inditum, eoque magis, tum quod Galli nostri,
* Canton pro angulo vsurparint, & a veteri (vt probabile est)
Gallorum lingua: non enim e Germanica, vel Latina est,
quæ cum illa vetusta, huius recentioris Gallici idiomatis
sunt matrices: tum quod Angulus hic ager a veteribus om=
nibus Geographis dicatur. Grandi etenim angulo Galliam
prospectat, Tamisis æstuario, & Oceano omni ex parte cir=
cumfusis, nisi qua ad occidentem Solem, Surreiam conter=
=

* Vnde Can=
ton in arte
Heraldica pro
angulo, &
Heluetiorum
pagi Canto=
nes, quasi an=
guli a Gallis
dicti.

| | |
|--|---|
| | minam habet. |
| Plin. lib. xv. cap. xxv. | Regio est inæqualis, ad occasum planior, & syluis vm= brosa, ad ortum surgentibus collibus excelsior. Incolæ, qua a Tamisi ad Austrum patet, in tres areas, siue portiones (Gradus vocant) distinguunt, quarum superiorem ad Ta= misim salubrem, sed minus opulentam esse ferunt, mediam, & salubrem, & opulentam: inferiorem vero opulentam, sed insalubrem, vtpote quæ magna ex parte est vliginosa. Pratis tamen pascuis, aruisque vbique fere læta, pomis ad miracu= lum abundans, nec non Cerasis, quæ anno a Roma condita |
| Cærasa in Brit. translata. | 680. in Italiam e Ponto deuecta, & vicessimo supra centes= simum post anno in Britanniam translata, foelicissime hic proueniunt, multumque agri occupant, arboribus in quin= cuncem, iucundissimo spectaculo directis. Villas, & oppida habet frequentissima, stationes satis tutas, ferri venas non= nullas, sed aerem crassiusculum, ob halitus ex aquis euapo= rantes. Incolis ea humanitatis laus, quam Cæsar olim tri= buit, etiamnum iure debetur, vt virtutem bellicam tace= am, quam tantam in Cantianis fuisse Monachus quidam scripserit, vt in procinctu, exercitus frons illis tanquam tri= ariis, merito inter Anglos debeatur. Quod etiam compro= bat in suo Polycratico Ioannes Sarisburiensis. 'Ob egregiæ,' in= quit, 'uirtutis meritum, quam potenter, & patienter contra Danos exercuit Cantia nostra, primæ cohortis honorem, & primos congres= sus hostium vsque in hodiernum diem in omnibus præliis obtinet.' Quorum etiam in laudem scripsit Malmesburiensis. 'Gens rustica, & vrbana Cantii, plusquam cæteri Angli, antiquæ nobilita= tis conscientiam adhuc spirat, & ad honorificentiam, & hospitium cuiuslibet pronior, & ad pulsandas iniurias serior.' |
| Militaris Can= tianorum vir= tus. | |
| | 193 |
| <165> | tis conscientiam adhuc spirat, & ad honorificentiam, & hospitium cuiuslibet pronior, & ad pulsandas iniurias serior.' |
| I. Cæsar. | Cæsar, de quo postea plura dicemus, cum primum insu= lam nostram aggredere, in hac regione terram conscen= dit, nauibusque egredi a Britannis Cantianis prohibitus, littore non sine graui pugna potitus est. Cum secundo eti= am nos adiret, hic exercitum exposuit, Britannique cum e= quitatu & essedis ad Sturum flumen animose exceperunt, sed a Romanis cito repulsi se in syluas subdlexerunt. Inde cum equitatu Romano acriter prælio in ftenere conflixe= runt, ita tamen vt Romani omnibus partibus superiores fu= erint, at intermisso spatio rursus in Rom. impetum fece= runt, per medios audacissime perruperunt, interfectoque Laberio Duro, militum Tribuno, incolumes se receperunt, posteroque die ad pabulatores aduolarunt, &c. quæ apud ip= sum Cæsarem legas. Quo tempore Cantio præfuerunt, Cyngetorix, Caruilius, Taximagulus, & Segonax, quos ille, vt reges deuicisse videatur, Reges vocat, cum tantum regu= li fuerint, vel melioris notæ nobiles. Constabilito Romano= rum Imperio, sub Præsede Britannicæ Primæ censebatur. O= ra vero maritima, quam Littus Saxonicum dixe= runt, vti etiam littus oppositum a Rheno ad Xanctones, præ= fectum habuit a Diocletiani tempore, quem Marcellinus 'Tractus maritimi Comitum,' Notitiarum liber 'Spectabilem virum littoris Saxonici Comitum per Britanniam' vocat, Cuius munus erat littus per opportuna loca præsidiis ad barbarorum la= trocinia reprimenda communire. Sub dispositione autem erat illustris †Magister peditum quem Præsentalium dixe= runt, qui præter præsidia ad portus, in omnia momenta Vi= ctores Iuniores Britannianos, Primanos Iuniores, & Se= cundanos Iuniores, (hæc sunt cohortium nomina,) illi as= signauit. Officium autem habuit hoc modo. 'Principem ex of= ficio magistrum præsentium a parte peditum, Numerarios duos, Com= mentariensem, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuam, Regeenda= tis conscientiam adhuc spirat, & ad honorificentiam, & hospitium cuiuslibet pronior, & ad pulsandas iniurias serior.' |
| Comes littoris Saxonici. | |
| Liber Noti= tiarum. | |

| | |
|---|--|
| Guardianus V. Portuum. | rium, Exceptores singulares, &c.' Nec dubito, quin maiores no= stri hoc Romanorum institutum imitati fuerint, cum præ= fectum siue Limenarcham huic oræ præfecerint, quem Quinque portuum Guardianum vulgo vocitant, quia, vt Comes littoris Saxonici nouem, ita quinque portubus præ= |
| 194 | |
| <166> Cantium Sax= onibus traditum. | sit. Cum autem Romani e Britannia cessissent, Vortiger= nus, qui maximæ Britanniaē parti cum imperio præfuit, pri= mum Cantio Guorongum præfecit. i. Proregem, siue Liber= tum, quo nesciente, hanc regionem (vt habent Nennius, & Malmesburiensis) statim Hengisto Saxoni, in gratiam Ro= wennnæ eius filiaē, quam misere deperibat, gratis concessit. Hinc primum Saxonum in Britannia regnum anno Christi 456. constitutum, illis Cantwara-ric dictum, quod post annos 320. Balredo vltimo rege deuicto, in occiduorum Saxonum potestatem deuenit, quibus ad Normannorum vsque imperium paruit. Tunc enim Cantiani ad Suanes= combe (viculus est, vbi Suenum Danum olim castrameta= tum ferunt,) ramos prætendentes ea lege Guilielmo Nor= manno se dediderunt, vt patrias consuetudines illæsas reti= nerent, illamque inprimis, quam Gauelkind, nominant. Hac terræ; quæ eo nomine censentur, liberis masculis ex æ= quis partib, diuiduntur, vel fœminis, si masculi non fuerint. Hac hæreditatem cum xv. annum attigerint, adeunt, & si= ne domini consensu, cuilibet vel dando, vel vendendo alie= nare licet. Hac filii parentibus furti damnatis in id genus fundis succedunt, &c. vt vere, quamuis minus pure in anti= quo libro sit scriptum. 'Dicit Cantii Comitatus quod in Comitatu isto de iure debet de eiusmodi grauamine esse liber, quia dicit quod Comitatus iste, vt residuum Angliæ, nunquam fuit conquestus, sed per pacem factam se reddidit Conquestoris dominatui, saluis sibi om= nibus libertatibus suis, & liberis consuetudinibus primo habitis & vsitatis.' Deinceps Guilielmus victor, vt Cantium, quæ tan= quam Angliæ clauis habetur, sibi firmiter retineret, Conne= stabilem Castro Douerensi, eundemque Limenarcham v. portubus ex veteri Romanorum instituto præfecit. Hi sunt Hastings, Douer, Hith, Rumney, & Sandwich, quibus Winchelsey, & Rie, vt præcipua, & alia oppidula vt mem= bra adiunguntur. Quæ quia bello maritimo operam naua= re tenentur, immunitatibus gaudent multis & magnis; ip= seque Limenarcha, qui semper aliquis est e proceribus no= stris fidei spectatissimæ, in sua iurisdictione Admiralli au= thoritatem in plurimis, aliaque iura habet, quæ nunc mag= na cum laude exercet Limenarcha noster nobilissimus, & prudentissimus D. Guilielmus Baro de Cobham regiæ ma= |
| Gauelkind. | |
| Lord warden of the fiue Portes. | |
| 195 | |
| <167> | iestati a sanctoribus consiliis, & magnus literarum patro= nus. Sed iam ad loca. Septentrionalem huius regionis partem, Tamisis Bri= tannicorum fluminum præcipuus, vt iam dixi, alluit, qui Surreiam prætergressus statim sinuoso flexu, fere in se re= ductus, primum Grenouicum adit, vulgo Greenwich, i. si= nus viridis, (fluminis enim sinus Wic Germanice dicitur) Danicæ classis statione, & Danica in Ealphegum Archie= piscopum Cantuariensem (quem anno Christi 1011. exqui= sitis tormentis trucidarunt) immanitate olim notissimus. Nunc vero Regiis ædibus celeberrimus, quas Humfredus Dux Glocestrensis ædificauit, Placentiamque dixit, & Hen= ricus vii. magnifice adauxit. Cum antea Reges ad El= tham secederent, vix trium miliarium hinc diuerticulo, quam Anthonius Beccus Dunelmensis Episcopus, & Hie= |
| Greenewich | |
| Eltham. | |

rosolymitanus Patriarcha extruxit, Æleonoræque Reginæ Edwardi primi vxori donauit, cum Vessorum hæreditatem interuertisset, ad quos locus iste prius spectauit. Episcopus enim ille, quem vltimus Baro de Vessy fiduciarium hæredem sibi scripsit, vt hæreditatem Guilielmo de Vessy filiolo Spurio traderet, vix bona fide cum pupillo egisse, traditur.

The Breach. Infra Grenwicum, Tamisis diuulsis aggeribus, quam plurima terræ iugera oppressit, quocum annos complusculos, nonnulli immensis sumptibus luctati, vix molibus agendis, adiacentes agros, contra irruentes vndas tueri possunt.

Scuruygrasse Prouenit hic copiose Cochlearia, nostris Scuruygrasse quam medicorum nonnulli Plinii Britannicam esse volunt, quo nomine ego illius iam memini, sed audi Plinium, 'In Germania trans Rhenum castris a Germanico Cæsare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis solus, qua pota, intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Stomacacem medici vocabant, & Sceletyrben ea mala. Reperta auxilio est herba quæ vocatur Britannica, non neruis modo, & oris malis salutaris, sed contra anginas quoque & serpentes, &c. Frisii qua castra erant, nostris demonstrauere illam. Mirorque nominis causam, nisi forte confines Oceano Britannicæ velut propinquæ dicauere.' Sed aliam & quidem probabiliorem nominis rationem adfert in suo Nomenclatore eruditissimus Hadr. Iunius, quem si placeat adeas, Britannicæ enim vocabulum me a cursu hic deflexit.

Vide in Insulis nostris Britan. de Armamentario Britanico.

196

Tamisis deinde ripis suis coarctatus Darentum flumen obuium habet, qui e Suthreia demissus leni alueo vndas ducit per Otanford, nunc Otford Danicæ stragis an. 1016. consciam, Regiisque ædibus superbam, quas Warhamus Archiepiscopus Cantuariensis tanta magnificentia, sibi, & suis successoribus construxit, vt ad amoliendam possessionis inuidiam, cum Henrico Octauo commutare necesse haberint. Darentus ad ostium Darentford, vulgo Dartfort, amplum, & frequens forum suo nomini adsciscit, sub quo Crecca riuulus vna commiscetur; ad cuius vadum Creccanford, nunc Creyford, Hengistus Saxo octauo a Saxo num ingressu anno, signa cum Britannis contulit, cæsisque ducibus, tanta strage protriuit, vt ab illis nihil sibi deinceps metuerit, & regnum in Cantio securus constituerit.

A Darento ad Medweagi ostium nihil suspicit Tamisis præter oppidula, quæ tacitus præterire, nullum famæ rerumue dispendium. Inter ea primas tamen ferunt Grauesend notum, si quod aliud Angliæ oppidum, vtpote statio inter Cantium, & Londinum, vbi vtramque ripam propugnaculis communiuit Henricus Octauus, & Cliffe, a cliuo ædito, cui insidet nominatum, Synodo olim celebre, & Clives at Ho Bedæ dictum. Ho enim vocatur illa quasi Chersonessus, quæ Tamisim, & Medweagum fluuium intersita, hic longe se in Ortum immittit.

Medwey. Medwege fluuius, nunc Medway (Britannice nisi me veritas fugit, Vaga, cui Med Saxones addiderunt) fontes habet in Anderida sylua, quæ Wealde, id est, regio nemerosa Saxonibus dicta, & meridianam huius agri partem late occupat. Primum dum tenuis est, Tunbridge præterfluit, vbi vetus est castellum quod Richardus Comes de Clare construxit, qui commutationis iure pro Brionio in Normannia accepit: eius enim auus Godfredus naturalis Guilielmi Ducis Normanniæ secundi filius, Aucensis, & Brionii comes erat. Cum etenim diu de Brionio disceptatum fuisset, 'Richardus,' vt scribit Guilielmus Gemiticensis, 'pro petitione eiusdem castri in Anglia accepit oppidum Tunbrige. Asserunt enim Leucam Brionii cum funiculo circumcirca fuisse mensu-

Dartford. amplum, & frequens forum suo nomini adsciscit, sub quo Crecca riuulus vna commiscetur; ad cuius vadum Creccanford, nunc Creyford, Hengistus Saxo octauo a Saxo num ingressu anno, signa cum Britannis contulit, cæsisque ducibus, tanta strage protriuit, vt ab illis nihil sibi deinceps metuerit, & regnum in Cantio securus constituerit.

<168>

Hoe. ues at Ho Bedæ dictum. Ho enim vocatur illa quasi Chersonessus, quæ Tamisim, & Medweagum fluuium intersita, hic longe se in Ortum immittit.

Weald. habet in Anderida sylua, quæ Wealde, id est, regio nemerosa Saxonibus dicta, & meridianam huius agri partem late occupat.

Tunbridge. Primum dum tenuis est, Tunbridge præterfluit, vbi vetus est castellum quod Richardus Comes de Clare construxit, qui commutationis iure pro Brionio in Normannia accepit: eius enim auus Godfredus naturalis Guilielmi Ducis Normanniæ secundi filius, Aucensis, & Brionii comes erat. Cum etenim diu de Brionio disceptatum fuisset, 'Richardus,' vt scribit Guilielmus Gemiticensis, 'pro petitione eiusdem castri in Anglia accepit oppidum Tunbrige. Asserunt enim Leucam Brionii cum funiculo circumcirca fuisse mensu-

ratam & eodem fune in Angliam delato ad Tunbrige tantundem spatii in metiendo recepisse.' Veruntamen Manerium, vt vocant,

197

Maidstone.
Vagniacæ.

Portgreuius.

Dorolenum.
Leneham.

<169>

Leeds castle.

1322

Ailesford.

de Tunbridge eius successores Glocestriæ Comites cli-
entelari iure ab Archiepiscopis Cantuariensibus ea lege
tenuerunt, vt Archiepiscopis in inthronisatione Senescalli,
& eorum liberi in tutela essent. Inde Maidston petit, quam
cum Saxones Medweageston dixerint, Vagniacas
esse illas credo, quas Antoninus memorat, & Nennius in
suo vrbium catalogo, Caer Megwad corrupte, pro Medwag
vocarit: nec sane distantiae ratio repugnat: hinc a Nouio=
mago, inde a Durobroui, de qua mox agemus. Oppidum
hoc est frequens & cultum, magnaue longitudine exten=
tum. In medio Archiepiscopi Cantuarienses palatium, ab
Vffordo inchoatum, & ab Islepo absolutum habent; alte=
rum item publicum totius huius agri ergastulum hic consti=
tuitur, immunitatesque plurimas Reginæ Elizabethæ
fert acceptas, quæ Maiorem summum magistratum instituit,
pro Portgreuio, quem prius habuit, quod innuo, quia anti=
quum hoc sit Saxonicum vocabulum, & apud Germanos e=
tiamnum rectorem denotet, vt Markgraue, Reingraue,
Landgraue, &c. Hic sub Vagniacis, ab oriente sole fluuiio=
lus Medwegæ consociatur, qui ad Leneham surgit, quæ An=
tonini sine controuersia Dorolenum est, perperam in
nonnullis exemplaribus Duroleuum. Dorolenum enim Le=
num aquam Britannis sonat, & præter nominis reliquias,
distantia etiam a Cantuaria, & Roffa, hoc esse Dorolenum
comprobat; vt taceam situm ad viam Consularem Roma=
norum, quæ olim a Dubri (vt author est Higdenus Cestren=
sis) per medium Cantium duxit. Nec aliud appositum ha=
bet hic fluuius, quod memorem præter Leedes, quæ Cre=
uequerorum nobilium opus, postea Baronis Badilsmeri in=
auspicata sedes, qui illud perfide contra Edwardum
secundum, a quo dono acceperat, communiuit, sed postea
meritas perfidiæ pœnas capite soluit. Hinc Medweagus
per vberrima arua decidens Ailesford peruenit, Saxonice
Eaglesford, Henrico Huntingdonensi Elstre, Nennio
Epifford, qui prodidit Britannice Sathenaeghaibail etiam
dictum a Saxonibus ibi deuictis, vt Anglesford alii eodem
sensu vocarunt. Guortimerus enim Britannus, Guortigerni
filius, Hengistum cum suis Saxonibus hic agressus est, quos
incompositos, cum secundum impetum sustinere non pos=

198

sent, ita fugauit omnes, vt de Saxonibus actum fuisset; nisi
Hengistus declinandi periculi gnarus, in Tanetum insulam
se recepisset, donec inuictus ille Britannorum impetus de=
ferueret, & integra subsidia e Germania aduenirent. Ceci=
derunt hoc prælio duces partium, Catigernus Britannus, &
Horsa Saxo, quorum hic ad Horsted non procul hinc se=
pultus loco nomen reliquit, ille magnifico elatus funere
contumulatus creditur prope Ailesford, vbi vasta illa saxa
erecta sunt, quæ imperitum vulgus a Catigerno Keith co=
ty house hodie vocat. Eadem etiam Medweagi ripa paulo
superius vetusta ciuitas apponitur, Antonino Durobrus
Durobriæ, & alibi rectius, Duroprouæ, vel Du=
robrouæ. Bedæ Durobreuis, Saxonice Hrofceaster, &
Hroueceaster, nunc Rochester, & Latine Roffa, a Rhof=
fo quodam, vt iudicat Beda, sed pristini illius nominis Du=
robrouis aliquid in se retinere mihi videtur. Nec est cur
quis dubitet de nomine, cum præter Itinerariam rationem,
& Bedæ autoritatem, Durobreuis in charta foundationis ec=

<170>

clesiæ Cathedralis expresse vocetur. Hoc tamen admoneo in impressis Bedæ libris Daruernum legi, vbi in M. S. Duro= breuis concipitur. In conualle sedet muris male firmis ex parte cincta, 'situ,' vt inquit Malmesbur. 'nimium angusta,' vnde olim Castellum potius quam vrbs habebatur. 'Castellum' enim 'Cantuariorum' vocat Beda. Sed nunc ad occasum, orientem, & meridiem magnis suburbiis tumet. Casibus defuncta est non paucis. Anno Christi 676. ab Athelredo Mercio prostrata, & deinde a Danis sæpius direpta. Templum magnificum erexit Ethelbertus Rex Cantii, quod & dignitate Episcopali illustrauit. Iusto primo episcopo designato: verum cum hoc vetustati cederet, Gundulphus circa annum 1080. restaurauit, & presbyteris expulsis monachos induxit, quibus iam eiectis, Decanus, vi. præbendarii, & Scholastici sunt subrogati. Iuxta templum, flumini impendet castrum opere, & situ satis munitum, quod Odonem Episcopum Baiocensem, & Cantii Comitem extruxisse fama refert. Certum enim est illum, cum ex ancipiti rerum mutatione penderet, hoc contra Guilielmum Rufum tenuisse, & tandem rerum necessariorum inopia coactum, non tantum castrum tradidisse, sed etiam de gradu deiecit

199

Vpnoie.

tum solum vertisse. Recepto sic castello, Henricus primus qui Rufo successit, 'Ecclesiæ Cantuariensi & Archiepiscopis eius custodiam, & constabulationem in posterum possidendam concessit,' (vt habet Florentius Wigornensis) '& in eodem turrem sibi construendi licentiam.' Ex quo tempore vna, & altera obsidione fatigatum fuit, sed tum maxime, cum Barones armorum strepitu totam Angliam concuterent, & Simon de Monte forti acerrime, sed frustra oppugnaret, pontemque sublicium rescinderet. Pro quo saxeum arcuato opere spectatissimum e Gallorum manubiis substruxit postea Rob. Knowles, qui ab infimo gradu, ad summum honoris fastigium bellica virtute conscendit. Sub hoc ponte Medweagus violentus, & torrens æstuat, & eluctatur, statimque sedatior nauale se exhibet, classi omnium quas Sol vidit bellico apparatu instructissimæ, & in omnia momenta paratissimæ, quam Diua Elizabetha ad suorum tutelam, & hostium terrorem maximis impensis ædificauit, ad eamque defendendam propugnaculum in ripa apposuit.

<171>

Putei in Cantio cur facti.

Nunc Medweagus lætior, & latior crispantibus vndis spectatu amœnissimus fœcundos agros subluit, donec Sheppey insulæ obiectu diuisus (quam Ptolemæi Toliam esse suspicamur, vt suo loco dicemus) duobus in Tamisis æstuarium ostiis infertur, quorum occidentale Westswale: orientale, quod Sheppeiam a continenti abscidisse videtur, Eastswale dicitur, Bedæ Genlade, ad quod Midelton, nunc Milton villa olim regia, Sittingburne diuersoriis refertum, & Feuersham Stephani regis monasterio, & tumulo olim notum adsident. Iuxta quæ puteos magnæ profunditatis, hinc inde, vt etiam alibi per hunc agrum videmus, de quibus variæ feruntur opinioniones. Ego autem nihil quod opiner, habeo, nisi putei illi fuerint, e quibus cretam albam ad stercorendos agros effoderunt olim Britanni, vt docet Plinius. 'In centenos enim,' vt inquit ille, 'pedes puteos egerunt ore angustatos, sed intus spatiantes,' cuiusmodi hi ipsi sunt, quos dicimus. Inde aperto littore, quod cochleis & ostreis fœcundum, ostreorumque viuariis frequens, Reculuer cernitur, Saxonice Raculf, sed Romanis olim & Britannis Regulbium, sic enim Notitiarum libro vocatur, qui Tribunum cohortis primæ Vetasiorum in excubiis hic sub lit=

Rheuluer.

Regulbium.

toris Saxonici Comite (sic enim tunc temporis Maritima Cantii ora vocabatur) egisse memorat: & hanc sane suam antiquitatem ðeffosis Imp. Rom. nummis adhuc testatur. E= thelbertus Rex Cantii cum Cantuariam Monacho Augu= stino ðconcessisset, in hac sibi palatium extruxit, Bassa Saxo monasterio ornauit, e quo Brithwaldus octauus Cantuari= ensis ecclesiæ Archiepiscopus euocatus erat. Hinc Raculf= minster etiam a monasterio dictum fuit, cum Edredus Ed= mundi senioris frater ecclesiæ Christi Cantuar. donaret. Hodie vero nihil aliud est, quam viculus rusticus, & si quid nominis habet, ex monasterio illo habet, cuius sacræ turres Pyramidales vsui sunt nauigantibus, ad tæniæ quasdam, & breuia in Tamisis ostio euitanda. **Vt enim canit ille in Phi= lippeide**

**Cernit oloriferum Tamisim sua Doridi amaræ
Flumina miscentem.**

Stoure fl.

Nunc ad Tanet insulam deuenimus, quam tenui inter= currente alueo, a continente disternat Stoure flu. Be= dæ Wantsum, qui duobus in syluestri regione, quam The Weald vocant, disparatis fluuiolis coalescens, quam pri= mum solidus fertur, Ashford & Wye, emporiola nota inui= sit, inde Chilham, siue vt alii vocant Iulham, vbi castris antiqui rudetum est, quod Fulbertus quidam Douorensis construxisse memoratur. Constans fama apud incolas est Iulium Cæsarem in secunda contra Britannos expeditio= ne, hic castrametatum fuisse, & inde Iulham, id est Iulii statio, vel domus dictum: & ab illis, nisi me fallo, facit ipsa veritas. Prodit enim Cæsar ipse, cum noctu a littore XII. millia pass. confecisset, ad flumen primum cum Britannis conflixisse, ibique cum eos in syluas coniecisset, castra mu= niuisse, vbi crebris arboribus succisis locum egregie natura, & opera munitum habuerunt Britanni. Hic enim locus XII. a littore mill. exacte abest, nec aliud est interpositum flu= men, vt necesse fuerit, ad hunc castris primis peruenisse: in quibus decem etiam dies suos continuit, dum classem tem= pestate afflictam reficeret, & subduceret. Sub hoc oppido, tumulus viridanti cespite vestitus ostenditur, quo condi= tum multis retro ante seculis Iul-laber ferunt, quem alii

Chilham.

<172>

millia pass. confecisset, ad flumen primum cum Britannis conflixisse, ibique cum eos in syluas coniecisset, castra mu= niuisse, vbi crebris arboribus succisis locum egregie natura, & opera munitum habuerunt Britanni. Hic enim locus XII. a littore mill. exacte abest, nec aliud est interpositum flu= men, vt necesse fuerit, ad hunc castris primis peruenisse: in quibus decem etiam dies suos continuit, dum classem tem= pestate afflictam reficeret, & subduceret. Sub hoc oppido, tumulus viridanti cespite vestitus ostenditur, quo condi= tum multis retro ante seculis Iul-laber ferunt, quem alii

201

Laberius Du= rus Trib.

Gigantem, alii veneficam fuisse somniant. Ego vero, cum aliquid antiquæ memoriæ eo nomine latere existimarim, propemodum mihi persuaserim Laberium Durum Tribu= num militum hic situm, quem interfecerunt Britanni in itinere, ab illis quæ dixi castris, & inde Iul-laber tumu= lum dictum fuisse. Quinto hinc milliari Stoure diuiso al= ueo, Durouernum primariam huius prouinciæ urbem rapide alluit, nomenque fecit: Durwhern enim fluuium rapi= dum Britannis denotat. Ptolemæo pro Durouerno Dar= uernum, Bedæ & aliis Dorobernia, Saxonibus

Drouernum.

Canterbury.

Cantwarabyrig, id est vrbs populi Cantiani, Nennio, & Britannis Caer Kent, id est vrbs Cantii, nobis Canterbury, Latinis Cantuaria dicitur. Vrbs peruetusta, Romanoque sæ= culo procul-dubio illustris. 'Nec adeo magna' (vt inquit Mal= mesburiensis) 'nec exiliter parua, quæ & terræ positione, soli affi= nis maxima vbertate, & integro murorum ambitu, fluuiis irrigua, nemorum opportunitate inclita, præterea maris vicinitate piscium fœcunda.' Heptarchia Saxonica efflorescente, regni Cantii caput, & sedes regia fuit, donec Ethelbertus Rex eam, cum iure Regali Augustino Anglorum Apostolo concesserit, qui

<173>

Archiepiscopali sede hic stabilita, Angliæ Metropolitim constituit. Iam inde incredibile est, quantum floruit, cum Archiepiscopali dignitate, tum meliorum literarum schola, quam Theodorus septimus Archipræsul instituit, & quamuis Danico bello conquassata, & fortuitis incendiis magna ex parte subinde absumpta, semper tamen renata est splendidior. A Normannorum ingressu, cum Guilielmus Rufus, vt est in Annalibus S. August. 'dedisset ciuitatem Cantuariæ Episcopis ex solido, quam tenuissent antea ex beneficio,' religionis nomine, & præsulum benignitate, inprimis Simonis Sudbury, qui moenia restaurauit, non modo respirauit: sed eo splendoris, quasi subito accreuit, vt priuatorum ædificiorum pulchritudine, omnes Britanniaë ciuitates adæquarit, sacrarum vero ædium magnifica structura, & frequentia, celeberrimas quasque superarit. Inter has duæ maxime enituerunt, Christi scilicet, & Diui Augustini vtrumque Benedictinis monachis oppletum: Christi autem templum in medio quasi vrbis sinu, tanta maiestate, vt Erasmus inquit, se in cælum erigit, vt procul etiam intuentibus religionem in-

202

cutiat. Augustinus ille, quem dixi, hoc Romanorum fidelium opere, vt author est Beda, antiquitus factum recuperauit, Christo sacrauit, sedem successoribus constituit, in qua septuaginta duo iam perpetua serie sederunt Archiepiscopi. E quibus Lanfrancus & Guilielmus Corboyl superiorum Ecclesiae partem, & qui successerunt, inferiorem, quum illud vetustius opus incendio concidisset, ad eam qua nunc cernitur amplitudinem maximis impensis, quas superioribus sæculis superstitio suggessit, perduxerunt. Plurimi enim summi, infimi, confertim huc cum amplissimis donariis, ad visendum Thomæ Beckett Archiepiscopi tumulum confluerunt. Qui a militibus hoc in templo trucidatus, quod se regi peruiuaci animo opposuisset, & a Pontifice Romano in Martyrum album relatus, diuino honore colebatur, tantisque muneribus onerabatur, vt thecæ, in qua conditæ fuerunt eius reliquiæ, vilissima pars aurum fuerit: gemmaris, vt inquit Erasmus, & prægrandibus collucebant, nitebant, fulgurabant omnia, templum etiam vniuersum plusquam regiis opibus vndique luxuriauit, Christique nomine quasi oblitterato, in S. Thomæ transiit. Nec vlla alia re æque celebratum fuit, ac huius memoria, ac sepultura, licet aliorum sepulchra non immerito iactet, inprimis Edwardi principis Walliæ cognomento Nigri, herois bellica laude ad miraculum præstantissimi, & Henrici IIII. Regis Angliæ potentissimi. Verum has nebulas Euangelii lumen sub Henrico VIII. discussit, monachorumque examina dispulit, pro quibus in Christi templo Decanus, Archidiaconus, Præbendarii X. & verbi diuini sex præcones sunt collocati, qui diuinum verbum in circumuicinis locis disseminent. Alterum templum huius pertinacissimus æmulus sub vrbem ad Orientem sedem habuit, S. Augustini nomine notum, quod ipse Augustinus, & Ethelbertus Rex, eius horreatu, Petro & Paulo posuerunt, vt sepultura esset, tum Regum Cantii, tum etiam Archiepiscoporum, (nondum enim in vrbe sepelire fas erat) infinitisque opibus cumulant, concessa Abbati officina monetaria, cum iure pecuniam signandi. Nunc vero maxima parte suis ruinis inuoluta, reliqua in ædes regias conuersa, quantum fuerit intuentibus facile ostendit. Nihil attinet de altera ecclesia, huic

<174>

203

vicina, dicere, quæ, vt habet Beda, a Romanis condita fuit,

Martinoque sacrata, in qua ante Augustini aduentum, Bertha Ethelberti vxor Christianis sacris interesse solebat. De castro ad Australe vrbis latus fatiscens nunc propugnaculis, cum non admodum magnam præ se ferat antiquitatem nihil occurrit, quod memoria dignum, nisi a Normannis constructum fuisse. De sedis Cantuariensis dignitate, quæ olim longe amplissima fuit, nihil dicam, nisi vt superioribus seculis in Romana hierarchia, Archiepiscopi Cantuarienses Pontificis Romani Legati, & veluti alterius, vt dixit Vrbanus II, orbis Patriarchæ erant; sic cum fugata esset Pontificum autoritas, in Synodo, an. 1534. decretum, vt illo titulo deposito, Primates, & Metropolitanus totius Angliæ dicerentur. Quam dignitatem nunc gerit Reuerendissimus in Christo pater, D. Ioannes Whitgiftus, qui & deo vitam, & Ecclesiæ operam omnem sancte consecrauit. Cæterum Polus Borealis supra Cantuariæ horizon-tem grad. LI. scrup. XVI. attollitur, Longitudo vero XXVIII. partib. LV. scrup. definitur.

A Dorobernia, Stowre statim se in vnum colligit, simplexque fertur, donec ad Sturemouth venit, vbi duo itinera dispensatis aquis sibi aperit, nomenque relinquens, Wantsume dicitur, Thanaton ab Occasu, & Austro insulam faciens, ab aliis enim partibus Oceano abluitur. Hanc Solinus Athanaton, & Thanaton aliis exemplaribus dixit, Britanni Inis Ruhin (teste Asserio) fortasse a Phocis, Saxones Tanet, & Tanetland, nos Tenet. Terra tota est ex creta albicanti, frumentariis campis foelix, & vberi gleba, octo mill. in longitudine extenditur, quatuor in latitudine patet, familiarum sexcentarum habebatur, pro quo in Beda mendose legitur milliarium sexcentorum. Quod vero Solinus nullo serpi angue hanc insulam scribat, & terram hinc asportatam angues necare, iam falsum deprehenditur. Proinde etymologia illa <apo tou thanatou>, i. a serpentium morte deducta plane labascit. Hic primam exscensionem fecerunt Saxones, hic illis perfugium, hic magnas eorum strages ædidit Guortimerus Britannus, cum ad Lapidem tituli (sic in Nennio vocatur locus, quem Stonar eo fere sensu nunc vocamus, & portum fuisse constat,) præcipitata fuga in

204

myoparones coegerit. Quo etiam loco (inquit ille) iussit se sepeliri ad compescendos, vt existimauit, Saxonum furores; quemadmodum Scipio Africanus, qui ita sibi sepulchrum statui præcepit, vt Africam prospectaret, ratus vel hoc etiam Pœnis terrori futurum. Hic etiam ad Wippedfleet, a Wippedo Saxone interfecto sic dictum, Britannos multis præliis attritos fudit Hengistus. Augustinus multis post annis in hanc terram conscendit, cuius benedictioni regionis fœcunditatem ascripserunt sacerdotes creduli, Monachusque Gotcelinus exclamauit. 'Fœlix tellus Tanet, sua fœcunditate, sed fœlicissima tot deiferorum aduenarum, imo tot ciuium supernorum hospitio.' Postea Danorum direptionibus ita afflicta, qui Domneue monasterium, nunc Minster virginibus velatis sacratum omni crudelitatis genere polluerunt, vt non ante pacata Normannici imperii tempora refluuerit.

Ad Australe Wantsumi ostium, quod alueum mutasse credunt, e regione insulæ apposita fuit vrbs, quæ Ptolemæo Rhutupiæ, Tacito Portus Trutulensis, pro Rhutupensis, si B. Rhenanus nos non fallit, Antonino Rhutupis Portus, Ammiano Rhutupiæ Statio. Orosio Rhutubi portus, & ciuitas, Anglis, teste Beda, Reptacester, aliis Ruptimuth, Alfredo Beuerlacensi

Thanatos.
Tenet.

<175>

Lapis tituli.

Rhutupiæ.

Portus Trutulensis.

Richborrow.

Richberge, hodie Richborow. Vnde hoc enatum nomen in confesso non est. Veruntamen cum a sabulo loca huic vicina Sandwich, & Sandibay denominentur: & Rhyd Tufith Britannice vadum sabulosum sonet, inde si auderem, libenter deducerem. In deiectu collis vrbs exporrecta videbatur. Arx æditori loco Oceano imminebat, qui ita iam arenis inuectis excluditur, vt a milliari vix eam salutet. Longe celeberrima fuit, Romanis rerum potentibus. Hinc e Britannia, in continentem frequens traiectus, ad hanc Romanæ classes appulerunt, Lupicinus a Constantio in Britanniam ad coercendas Scotorum & Pictorum excursiones missus, Herulos, Batauos, & Mœsiorum numeros hic exposuit. Theodosius etiam Theodosii Augusti pater († cuius statuas, testante Symmacho, equestres ob Britanniam pacatam Senatorius ordo decreuit) cum suis Herculliis, Iouiis, Victoribus, Fidentibus (hæ Romanorum erant cohortes)

<176>

205

huc delatus est. Postea cum Saxones piratæ sublatis commerciis, maria bello intercluderent, & littora nostra crebris latrociniiis infestarent, Legio Secunda Augusta, quæ a Claudio Imperatore e Germania traducta, plurimos annos Iscæ Silurum in Wallia consederat, huc translata, Præpositumque suum hic habuit sub Comite littoris Saxonici. Quam præposituram fortasse gessit Clemens ille Maximus, qui in Britannia a militibus Imperator salutatus Gratianum interfecit, & postea Aquileiæ a Theodosio occisus. Hunc enim Ausonius Rhutupinum latronem in his versuculis de Aquileia dixit.

Clemens
Maximus.

Maximus armigeri quondam sub nomine lixæ.
Fœlix quæ tanti spectatrix læta triumphi,
Fudisti Ausonio Rhutupinum Marte latronem.

Alium etiam Rhutupiarum præsidem Flauium Sanctum obliuione in Parentalibus suis vindicauit, idem Poeta de quo cecinit.

Sunt qui Rhutupini nomine Britanniam omnem intelligi volunt.

Militiam nullo qui turbine sedulus egit,
Præsidi lætatus quo Rhutupinus ager.

Claudium Contentum patrum, qui ingentem pecuniam fœnori inter Britannos occupatam, & vsuris multiplicatam extraneis morte præreptus liquit, hic etiam situm, funebri carmine prosequitur Ausonius.

Et patruos Elegeia meos reminiscere cantus,
Contentum, tellus quem Rhutupina tegit.

Post Saxonum aduentum floruerunt etiam Rhutupiæ. Ethelberti enim Cantii regis Regiam fuisse memorant scriptores, Bedaque ciuitatis nomine insigniuit. Inde deficere cœpit, nec nomen vsquam legitur, nisi apud Alfredum Beulacensem, qui Alcherum cum Cantuaritis Danos spoliis implicatos, ad hanc Richberge tunc dictam, fudisse prodidit. Nunc vero vestigia eius omnia tempus erasit, vtque nos doceat vrbium perinde ac hominum fata volui, **hodie aruum est, in quo platearum tractus cum seges succreuerit, se intersecantes videas.** (Vbicunque enim plateæ duxerunt, rarescit seges) quas vulgo S. Augustines crosse † appellat. Et semiruta quædam arcis mœnia solum supersunt, qua-

206

drata forma sabulo tenacissimo materiata. <Akropolin> esse diiudices, situ adeo sublimi vlginosam in Taneto planitiem despicit, quam Oceanus se paulatim subtrahendo

<177>

| | |
|---------------------|---|
| Sandwich. | <p>destituit. Urbis autem area nunc aratro proscissa nummos Romanorum aureos, & argenteos, vetustatis sua indicia sæpenumero egerit, prolemque suam paulo inferius ostendit, quam a sabulo Sondwic dixerunt Saxones, nos vero Sandwich. Hoc e quinque portuum, quos vocant, numero, ad septentriones & occasum mœnibus, alias aggere, flumine, & fossa munitum, olim Danorum furores, superiori ætate Galorum ignes sensit; nunc incolis satis frequens licet portus ex aggestis arenis, & magna naue oneraria Pauli IIII. PP. in ipso alveo depressa, non sit nauigiis magnis ferendis iusta altitudine.</p> |
| Cantium Prom. | <p>Sub Rhutupiis Ptolemæus Cantium promontorium, quasi extremum huius anguli verticem statuit, quod corrupte nonnullis exemplaribus Nucantium, & Acan-</p> |
| The Foreland. | <p>tium, Diodoro Carion, nobis hodie the Foreland dicitur. Verum omnia hæc circumquaque littora a Rhutupiis Rhutupina littora Poetis dicuntur. Hinc Iuuenalis cum Cur-</p> |
| Rhutupina ostrea. | <p>tium Montanum delicatulum ventriconem satyrice insectaretur, de ostreis ex hoc littore Romam delatis</p> <p style="text-align: center;">nulli maior fuit vsus edendi Tempestate mea, Circaeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rhutupinoue ædita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu.</p> <p>Et Lucanus.</p> <p style="text-align: center;">Aut vaga cum Thetis, Rhutupinaque littora feruent.</p> |
| Fretum Britannicum. | <p>Hæc ora maritima ab Europæ continente, freto disiungitur, vbi maria terram perfodisse credunt nonnulli, Solinus fretum Gallicum appellat, Tacitus, & Ammianus fretum Oceani, & Oceanum fretalem. Grætius Poeta 'Freta Morinum dubio refluentia ponto.' Nos The strait of Calles. Galli Pas de Callais, Belgæ De hofden, a duobus promontoriis, vt annotauit doctissimus Abrah. Ortelius. Horrendis, vt vere inquit Marcellinus, hoc fretum attollitur æstibus, rursusque in speciem complanatur camporum; bis inter duos lunæ</p> |
| <178> | <p style="text-align: center;">207</p> <p>exortus affluens bisque remeans. Attollente enim se Luna, ad Meridianum, & sub Horizonte in opposito iam demersa, supra modum hic intumescit Oceanus, & immensa aquarum moles tanto cum murmure in littora irruit, vt non sine causa ille dixerit, 'Rhutupinaque littora feruent.'</p> |
| Morini. | <p>Ex aduerso in continente consederunt Morini, sic antiqua Celtarum lingua dicti, quasi maritimi, siue maris accolæ. Eorum regio nunc Conte de Guines, & Conte de Bolon-</p> |
| Itius portus. | <p>is dicitur, duosque olim nominatissimos habuit locos, Gesoriacum, & Itium, vnde Cæsar commodissimum e Gallia in Britanniam esse traiectum prodidit, plurimique fuisse credunt, quod nunc Callais vocant, sed magnus ille & eruditus Hospitalius Galliæ Cancellarius, rei antiquariæ peritissimus asserit Caletum minime vetustum esse, tantumque viculum fuisse, cuiusmodi Galli Burgado vocant, priusquam Philippus Comes Bononiensis, mœnibus incinxerit, non multis ante annis, quam Angli expugnauerint. Nec vspiam legas aliquos inde in Britanniam soluisse ante illa tempora. Itium igitur alibi quærendum existimo, ad Vitsan scilicet inferius prope Blanest, quod nos Whitsan vocamus, verbo ab Itio non abludente. Huc enim omnes ex hac insula transmisisse, & inde in eadem soluisse, ex historiis nostris obseruamus, vsque adeo vt Lodouicus Sanctus cum Thomam Cantuariensem religiosa peregrinatione inuiseret, hoc solium a Diuo illo nupero fœdemisissime contendit, vt inter Vit-</p> |

Breissimus inter Galliam, & Britanniam traiectus. san, & Douer nemo naufragio periret: quasi hinc inde eo tempore commodissimus fuerit traiectus, nec alibi sane hoc fretum magis coarctatur. Quamuis existimandum sit nauigantes in transmittendo non nauigationis compendium, sed portuum opportunitatem utroque in littore spectasse. Sic quamuis fretum angustissimum sit inter Blacness Gallicæ, & The Nesse Angliæ: nunc tamen traiciunt inter Dubrin, & Caletum, superioribus seculis priusquam obstrueretur Portus Vitsan, inter illam, & Dubrin, antea vero inter Rhutupias, & Gessoriacum, vnde Claudius Imp. & alii quos dixi duces in Britanniam transmiserunt. Gessoriacum hoc Plinius Portum Morinorum Britannicum vocare videtur fortasse ob traiectum inde in Britanniam, Ptolemæus, apud quem in locum Itii prorepsit, Gessoriacum nauale, qua

208

Bononia Gallicæ.
<179>

Pag. 272. æditione Basiliens.

Pag. 251.

etiam significatione, Britanni Bowlin Ilong vocitant. Nam Gessoriacum fuisse maritimum illud oppidum, quod Ammianus Bononiam, Galli Bolongue, Belgæ Beunen, nos Bolen vocamus, asseueranter contra Boethium Scoticum & Turnebum affirmarim; cum ex B. Rhenani autoritate, qui tabulam militarem antiquam vidit, in qua scriptum 'Gessoriacum, quod nunc Bononia,' tum itineraria ratione, quæ exacte respondet distantiæ, quam inter Ambianos, & Gessoriacum interposuit Antoninus. Sed quod instar omnium est, pyriticam Carausii factionem, quam Gessoriacensibus muris inclusam, & captam retulit Panegyricus Constantio A. dictus: alter ad Constantinum Maximum eius filium, ad Bononiam fuisse deuictam commemorat, ut Bononia, & Gessoriacum sit necessario vnum idemque oppidum, vetustiusque nomen sub eo tempore exoleuisse videatur. Nec enim iudicandum est, tantos authores ad tantos principes, in huius loci notatione (recenti tum memoria) aberrauisse. Sed quid mihi cum Gallia? Certe horum memoriam libentius vsurpauit, quod maiorum nostrorum virtus sæpissime hac in ora emicuit, qui Caletum, & Gessoriacum Gallis extorserunt, quorum hoc supplicanti Gallo, post octenniū pacta pecunia reddiderunt, illud vero, annos CCXII. Gallo fremente, tenuerunt.

Sandon. Deale.

Vbi Cæsar appulit.

Cæsar in Britanniam ingressus.

Nunc Britanniam plenis velis, & secundo æstu repeta- mus. A Cantio promontorio in Austrum per aliquot millia crebro colle exurgens procurrit littus. Sed cum ad Sandon, id est, tumulum arenarium, & Deale castra vicina peruenerit, quæ Henricus VIII. patrum memoria extruxit, subsidet, planumque & apertum mari obiacet. Ad Deale illud, Dole Nennius vocat (& vere opinor, iacens enim & apertum ad mare, vel flumen planitiem sic hodie appellant Britanni nostri) Cæsarem appulisse constat est fama, Nenniusque suffragatur qui barbare scripsit. 'Cæsar ad Dole bellum pugnauit,' Tabula item pensilis in caastro Douerensi, hoc idem comprobauit, fidemque etiam facit Cæsar ipse, qui aperto, & plano littore se terram conscendisse, difficilique pugna a Britannis exceptum memorat. Ille enim, (a cursu paulatim digredi liceat) omnibus, ut e Seneca habet Pomponius Sabinus, terra marique captis,

209

<180>

Oceanum respexit, quasi orbis Romanus non sufficeret, alium cogitauit, classeque mille nauium (sic ex Cota scribit Athenæus) vel vindictæ de Britannis, qui Gallis ope tulerunt, sumendæ, ut Strabo; vel Britannicarum Margaritarum spe, ut Suetonius; vel gloriæ cupiditate ut alii tradunt, inflammatus, anno ante Christum natum

In libro de arte & natura.

LIII. & rursus sequenti, Britanniam ingressus est. Cum antea, non ut fabulatur Rog. Bachonus, speculis in ora Gallica dispositis, & arte Catoptrica quæ latentes species multiplicat; sed per speculatores, ut ipse, & Suetonius contestantur, portus & navigationem explorasset. Quid hic gesserit ipse satis fuisse literis mandavit. Sat mihi sit de illo e scriptoribus pauca, quæ minus sunt protrita, paucis adnotare. Cum hanc insulam adiret, licet tot rebus gestis clarissimus esset, ea fuit temperantia, & a nostri seculi pompa adeo alienus, ut tres solummodo domesticos in famulatu haberet. Quod Cotas qui tunc secundum in castris locum obtinebat, in Commentario suo Græco de Romanorum Republ. (authore Athenæo) prodidit. 'Cum Britanniam peragraret,' inquit Seneca, 'nec Oceano felicitatem suam continere posset, audiuit, decessisse filiam, publica secum fata ducentem: sed tam cito dolorem vicit, quam omnia solebat.' Hoc ipso etiam in loco cum secundo Britanniam aggrederetur, ut ex amissis Suetonii monumentis habet Eutropius: 'Scæua miles Cæsaris cum quatuor commilitonibus nauicula ante transuectus est ad scopulum insulæ propinquum, atque interea recessu Oceani destitutus est. Complures Britanni in paucos Romanos impetum faciunt: cæteri tamen qui perrari comites ipsius fuerant, nauigio redeunt: Scæua imperterritus manet, vndique telis obrutus: ac primo pilo restitit, postremo gladio rem gerit solus in plures. Cumque fessus, vulneratusque esset, & galeam ac scutum ictibus perdidisset, cum duabus loriceis nauitavit ad castra Cæsaris, & poposcit ab imperatore veniam pro temeritate, quem Cæsar Centurionatus honore subuexit.' **Hic ille Scæua est cuius virtus in bello ciuili, Dyrrachii clarissime emicuit, quemque natione Britannum fuisse Poeta noster Iosephus in Antiocheide prodit, in his de Britannia versibus**

Hinc & Scæua satus, pars non obscura tumultus

210

Ciuilis, Magnum solus qui mole soluta
Obsedit, meliorque stetit pro Cæsare murus.

Alia Cæsaris in nostra regione gesta ex ipso petas. Nec enim ego grandævum illum Britannum conueni, quem M. Aper (apud Quintilianum) in hac insula vidit, qui se fatebatur pugna interfuisse qua Cæsarem arma inferentem arcere littoribus aggressi sunt. Nec ego historiam iam conscribere in animo habeo. E Britannia victor reuersus, thoracem ex Britannicis margaritis factum, uti apud Plinium legimus, Veneri genetrici in eius templo dicavit. Captiuosque, ut author est Honoratus, nonnullos Britannicos ad officia Theatralia, Aulæaque etiam, in quibus suas victorias Britannicas depinxerat, donavit. Quæ cum Britanni, qui in ipsis picti erant tollere solebant, cecinit Virgilius.

<181>

Purpureaque intexti tollant aulæa Britanni.

Verum iam satis exorbitauimus: ad propositum reuertamur.

Naualia Cæsaris castra.

Huic littori satis longo tractu cumuli, velut aggeres subsunt, quos ventus conuerrisse nonnulli suspicantur: ego vero munitionem, seu potius naualia castra esse existimo, quæ Cæsar decem dierum labore, ne nocturnis temporibus intraque tempestates, & Britannos, qui eas frustra sunt adorti, tutaretur. Audio enim ab accolis hunc aggerem Romanorum vocari, quasi Romanorum opus. Eoque ma-

Darellus.

Sampetra. gis credo Cæsarem hic appulisse, quod prodat septimo hinc milliari (sic enim legit antiquus liber a Fl. Constantino viro consulari emendatus) mare ita montibus angustis contineri, vti telum ex locis superioribus in litus adigi possit. Certe statim a Deale cautium eminentia (mole magnificas vocat Cicero) Crythmo quam Sampetram vocant fœcunda, per septem plus minus milliaria ad Douer procurrit, vbi dehiscit, & se transeuntibus aperit; eaque loci est natura vt perinde, ac Cæsar scribat, inter duos colles mare admiserit, & continuerit. Hoc cautium diuortio Dubris interiacet, cuius Antoninus meminit, Saxones Dofra dixerunt, nos Douer. Inditum nomen scri-

211

Suffraganeus Archiepiscopi Cantuar. bit ex Eadmero Darellus, quia clausus, & impeditus erat. 'Cum enim,' inquit, 'antiquis temporibus valde eo loco portuosum mare se diffunderet, necessitate vrgente, sic effectum est, vt arctioribus quibusdam limitibus constringerent.' D. Lambardus tamen nominis rationem a Dufyrrha, quod Britannice locum accliuem significat, probabilius deduxit. Oppidum quod inter cautes considet (vbi portus ipse olim fuit, quum mare se insinuaret, vti ex anchoris, & nauium tabulis erutis colligitur) portus opportunitate, quæ iam fere nulla est, & in Galliam traiectu magis celebratur, quam sua vel elegantia, vel frequentia. Celeberrimus enim est traiectus, cautumque olim lege erat vt nemo qui religionis gratia peregre proficisceretur, alibi traiceret. Qua Oceanum iam glareæ interiecta exclusum spectat, mœnibus præinctum fuit, quorum pars aliqua superest. Templum habuit Martino sacrum, a Victredo Cantii rege fundatum, militum etiam Templariorum ædes, quæ iam disparuerunt, sedemque præbet Archiepiscopi Cantuariensis suffraganeo, qui cum grauioribus Archiepiscopus negotiis districtus sit, quæ ordinis sunt, non quæ iurisdictionis episcopalis gerit. E colle, seu potius rupe, quæ a dextra, omni fere ex parte confragosa in admirandam altitudinem exurgit, castellum amplissimum instar vrbeculæ, opere munitissimum, & turribus frequentissimum subiecto freto quodammodo minatur: 'Clauem, & repagulum Angliæ' vocat Matth. Parisiensis. Vulgus hominum a Iulio Cæsare constructum somniat. A Romanis primo conditum ex lateribus illis Britannicis in sacello, quibus vsi sunt in suis substructionibus, arbitrator, Præcipitante in occasum Romano imperio, Numerum Tungricanorum, qui inter auxilia Palatina numerabantur, hic in præsidio collocarunt, e quorum apparatu sagittæ illæ magnæ videntur, e basiliscis solitæ emitti, quas pro miraculis iam ostendunt castellani. A Saxonum ingressu, vsque ad confectum eorum imperium, nusquam, ne verbulum de hoc castro, siue oppido legerim, nisi in schidis quibusdam, ex tabula pensili hic asseruata, descriptis: quæ memorant Cæsarem, cum ad Deale appulisset, & ad Baramdowne (hæc equitabilis est planities adiacens, & explicandis copiis opportuna) Britannos profli-

212

gasset, Douerense castrum inchoasse; Aruiragum postea contra Romanos muniuisse, portumque obturasse. Arthurum deinde, & eius milites, nescio quos rebelles hic deuisisse. Cæterum paulo ante Normannorum aduentum, vnicum Angliæ munimentum habitum fuit, eoque nomine, Guilielmus †Normanus Haraldum iureiurando adegit, vt hoc castrum cum puteo sibi in manus traderet, cum regnum affectaret: compositisque Londini rebus nihil prius habuit,

quam hoc communire, nobilibusque latifundia in Cantio assignare, ea lege, vt præsto, cum certa militum manu ad hoc propugnandum forent, quod nunc tamen annua pecunia redimitur. Fertur etiam Philippum Augustum Galliae regem dixisse, cum Ludouicus filius res nouas in Anglia moliretur, vrbesque quasdam caperet: Ne in Anglia filius habet, vbi vel pedem ponat, si Douerense castrum in potestatem non redegerit, vtique quod totius Angliæ munitissimum & Gallo opportunissimum.

Pharus Douerensis.

<183>

In altera rupe, quæ est e regione, & æquato fere iugo, ædificii cuiusdam perantiqui supersunt reliquæ. Quidam, necio qua persuasus ratione, Cæsaris Aram dixit; sed Thonus Cantuariensis, senex eruditus, qui adolescens illud magna ex parte integrum vidit, Pharum fuisse mihi affirmavit quæ nocturno nauium cursui ignes ostenderet. Cuiusmodi altera ex aduerso ad Bononiam extitit a Romanis posita, & longo post tempore a Carolo magno restaurata, (vt testatur Rhegino, apud quem corrupte Phanum pro Pharum legitur) quæ nunc Gallis Tour d'order, Anglis The old man of Bullen vocatur. Sub hac rupe patrum memoria Henricus Octauus rex potentissimus, maximo labore, & infinitis impensis, defixis in ipso mari trabibus ingentibus, stilis colligatis, arborum, saxorumque cumulo iniecto molem, seu pilam, nos The Peere vocamus, eduxit, qua tutius naues subsisterent. Sed optimi regis studium inhorrescentis Oceani furor cito deuicit, operisque compages crebris fluctibus verberata se laxauit. Ad quam instaurandam Diua nostra Elizabetha, magnam pecuniæ vim erogauit, & Parlamentaria autoritas singulis Anglorum nauibus, quæ merces exportant, & important, vectigal in septennium imposuit.

Douer Peere.

213

Folkstone.

Hinc cautes ex creta, veluti serie cohærentes, per v. miliaria perpetuum habent †deorsum vsque ad Folkstone, quod olim floruisse Romanorum numismata quotidie inuenta persuadent, quo autem nomine incertum. Ex illis turribus fuisse probabile est, quas Romani ad Saxones arcendos, (Theodosio Iuniore regnante) 'per interualla' (vt inquit Gildas) 'ad meridianam Britanniae plagam in littore collocarunt.' Saxonibus religionis nomine celebre fuit, a monasterio quod Eanswida Eadbaldi regis Cantii filia virginibus consecrauit: nunc vero viculus est, eiusque partem maximam abrasit Oceanus.

Hith, siue Hide.

Conuersa inde ad Occasum littorum fronte, ad quartum milliare Hith sedet e quinque portibus vnus, vnde & illud nomen assumpsit, quod Saxonibus portum sonat; licet †nuuc vix illud nomen tueatur, ob arenas accumulatas, quibus mare longius excluditur. Nec tamen ita diu est, ex quo primum emicuit ex occasu scilicet Westhythi, Oppidulum illud est ad Occasum, vicinum, portusque fuit, donec hinc se mare proauorum memoria submoueret. Originem & hoc **Westhithum** Limo viculo adiacenti debuit, qui olim celeberrimus erat portus, donec arenæ quas mare euomit, obstruxissent. Antoninus, & Notitiarum liber Portum Lemanis vocarunt, Ptolemæus <limên>, quod cum apud Græcos significatiuum sit, Librarii vt viderentur defectum

Portus Lemanis. Lime.

<184>

supplere <kainos limên> scripserunt, Latiniq; interpretes 'Nouum portum' inepte conuerterunt: cum loci nomen Limen, vel Leman fuerit, vti hodie Lime. Stationem hic sub Comite littoris Saxonici Præpositus numeri Turnacensium habuit. Viaque hinc Militaris saxis constrata, ad Cantuariam pertingit, quam Romanorum fuisse opus facile diiudices, vti e-

tiam castrum, quod in deiectu collis, decem quasi iugera inclusit, mœniumque reliquiæ supersunt Britannicis lateribus, silicibus, calceque cum arena & grumis intrita sic compactæ, vt nec dum vetustati cesserint. Nunc vero licet portus non sit, dignitatis tamen pristinæ vmbram non tenuem retinet. Guardianus enim portuum hic solemne iniit iusurandum, vbi primum magistratum init, & hic de causis inter portuum incolas statis diebus cognoscit. Nonnulli existimarunt, magnum flumen hoc in loco se exonerasse, quod

214

Rumney Marsh.

vnus, & alter scriptor de Lemano fluuio, & Lemanis ostio meminert, ad quod Danica classis anno salutis 892. appulsa fuerit. Sed falsos eos in loci descriptione opinor, tum quod nullus hic fluuius nisi tenuis admodum, qui statim despectus emoritur: tum quod Huntingdonensis Archidiaconus pressæ fidei author, illam classem ad Lemanem portum appulsam scribat, nec verbum de flumine habeat. Nisi quis sentiat (quocum ego sentire non ausim) Rother flu. qui sub Rhye Oceano commiscetur, hac defluxisse, cursumque paulatim immutasse, cum campestris illa planities Rumney Marsh terræ accresceret. Hæc enim campestris regionula, quæ a Lemani x. mill. in longitudine, vii. latitud. occupat, luxurianti viriditate saginandis pecoribus aptissima, maris beneficio terræ paulatim accreuit. Vnde maris donum appellare non immerito passim, perinde ac Ægyptum fluminis Nili donum vocarit Herodotus. Mare namque vt paria faceret, quod alibi hac ora hauserit, hic reddidit, vel recedendo, vel limum subinde apponendo; adeo vt Rumney oppidum e quinque portuum numero, quod a uorum memoria mari incubuit, duobus fere milliaribus a mari nunc disiungatur. Quanta sit solius vbertas, quam numerosa armenta pascat, quæ huc saginanda ex ultimis Angliæ partibus mittantur: quanta arte aggeribus contra exasperati Oceani insultus communitur, non facile credat, qui non propius conspexerit. Sub hac, terra in Ortum euecta longius procurrit, (Nesse, quasi nasum vocamus,) cui insidet Lid, satis frequens oppidulum. Inde se reducens recta in occasum fertur, vsque ad Rotheri ostium, quo alicubi a Southsexia Cantium disternitur. Huius decursum a Southsexiæ parte superius paucis persequuti sumus. A Cantii parte priusquam Oxney insulam spargat, Newenden habet, quod fuisse portum illum diu quæsitum, quem Notitiarum liber Anderidam, Britanni Caer Andred, Saxones Andredsceaster nuncuparunt, fere persuadeor: primum quod incolæ vetustissimum fuisse oppidum, & portum asseuerent: deinde quod ad Andredswalde syluam, cui nomen creauit, situm habeat: postremo quod Britenden. i. Britannorum vallem, Saxones dixisse videntur, (vti etiam Segontium de quo antea) vnde Selbrit-

<185>

Anderida.
Andredcester.

215

tenden toti Centuriæ adiacenti nomen. Romani, vt hanc oram contra Saxones piratas tuerentur, numerum Abulcorum, cum eorum præfecto, hic statuerunt. Postea tamen Saxonum furore penitus deletum concidit, Hengistus enim, cum Britannos e Cantio omnino exturbare in animo haberet, maximique sua interesse existimaret, si maioribus copiis turmas adaugeret; Ællam e Germania, cum magna Saxonum manu euocauit. Qui dum magno impetu Anderidam hanc oppugnaret, Britanni e sylua proxima insidentes, ita eum exagitarunt, vt cum tandem post multas viro, citroque illatas clades, partitis copiis, & Britannos in

Res pannaria
primum in
Anglia.

syluis fudisset, eodemque tempore in oppidum irrupisset. ita ad vindictam barbari animus exarsit, vt occisis incolis funditus euerterit. 'Locus vero desolatus multis post sæculis trans= euntibus,' (vt inquit Huntingdonensis) 'ostendebatur,' donec sub Edwardo primo, fratres Carmelitæ, e Carmelo Pale= stinæ recens profecti, qui solitaria quærebant loca, hic mo= nasteriolum posuerint, oppidulumque statim enatum, quod ratione veteris oppidi diruti, Newenden, i. nouum in valle oppidum, dici cœpit. Iuxta hanc Newenden in syluestri regione, sunt Cranbroke, Tenterden, Benenden, & alia vicina oppida, in quibus lanificii, siue rei pannariæ laus in= primis floruit iam inde ab Edwardi III. temporibus, qui propositis præmiis, & plurimis concessis immunitatibus Belgas in Angliam, anno regni sui decimo, euocauit, qui nostros artem illam panni lanei contexendi edoce= rent, quæ hodie inter Reip. nostræ columina merito nu= meratur.

Comites
Cantii.

<186>

Nunc vt Cantii Comites suo ordine percenseam, (omis= sis Saxonibus Godwino, & aliis, qui non hæreditarii, sed officarii Comites erant.) Odo vterinus Guilielmi primi frater, primus habetur e Normannico sanguine, Cantii Comes, simulque Baiocensis Episcopus, vir ingenio prauo, turbidoque, & rebus nouandis semper intento, vnde post grauissimam, quam concitarat, seditionem suis sedibus, & fortunis in Anglia a nepote Guilielmo Rufo eiectus. De= inde cum Stephanus Angliæ vsufructuarius bellicosos homines beneficiis sibi astringeret, Guilielmum Ipre= sem Flandrum eo honore exornauit; vti etiam eadem

216

de caussa Philippo Flandriæ Comiti, Cantii etiam titulum adiunxit Henricus Regis Henrici II. filius, cum res nouas in patrem moliretur, sed hic tantum titulo, & promisso te= nus Cantii Comes erat. Vt enim habet Geruasius Cantua= riensis. 'Comes Flandriæ Philippus suum pro posse spondit auxi= lium iuueni regi, faciens homagium cum iuramento. Cui pro seruitio suo promisit Rex cum toto Cantio, 1000. librarum redditum, Ca= stellum quoque de Roffa, cum Castello de Douoria.' Non longo post tempore Hubertus de Burgo, optime de Repub. meritis, suo quasi merito eundem honorem ab Henrico III. acce= pit, vir patriæ vere amans, & qui omnia officia, quæ a ciue optimo patria exigere possit, inter medias aduersantis for= tunæ procillas cumulate præstitit. Eo sine prole defuncto, iacuit hic titulus vsque ad Edwardi II. tempora. Ille enim fratri suo iuniori, Edmundo de Woodstocke contulit, qui nepotis sui Edwardi III. tutor, falsæ, & iniquæ inuidiæ tempestatem subiit, securi percussus, quod in fratrem depo= situm, fraternum animum nunquam obscure tulerit, & il= lum e custodia liberare voluerit. Filii tamen duo, Edmun= dus & Ioannes successerunt, quibus sine sobole mortuis, hunc honorem eorum soror superstes in equestrem Hol= landorum familiam transtulit: Thomas enim Hollandus eius maritus vxorio iure factus est Cantii Comes, quem or= dine sequuti sunt Thomas eius filius, qui etiam Surriæ Dux, & bini huius filii, Henricus & Edmundus, de quibus iam ante diximus. Verum cum hæc familia sua exacta pe= riodo intercideret, Rex Edwardus IIII. primum Guiliel= mum Neuill Dominum de Fauconbridge, eoque extincto, Edmundo Grey Dominum de Ruthyn Cantiani Comi= tis honore adauxit, quin= tusque iam ab eo floret, omnibus veteræ nobilitatis ornamentis longe ornatissimus.

Habet hæc prouincia paræcias 398.

.....

638

<550>

Toliapis.
Caunus.
Canuey.

..... E regione Zelandiæ Ta-
misis nobilissimus Britanniæ flu. in Oceanum illabitur, quo
loci duas insulas Toliapin, & †Caunam, siue Con-
uennon locat Ptolemæus. Hæc nondum nomine con-
cessit suo, sed Canuey appellatur,

639

Sheppey.

Mynster.

Quinborrow.

Goodwine
sands.

Fretum Bri-
tannicum.

<551>

Mare Britan-
nicum.

..... De altera vero Toliapi sententiam subinde
muto, vt Sheppey credam præter situm nihil video. Ea
enim satis antiquæ est memoriæ, in scriptoribus nostris O-
uium insula vbique dicta. Monasteriolum Mynster nunc vo-
cant habuit a Sexburga Ercomberti Cantiani regis vxore
anno 660. constructum. Nunc autem possessio est clarissimi
Equitis, D. Edwardi Hobæi **mihi semper colendi**, qui in-
ter pauculos Angliæ nobiles illustre ingenium eruditus
studiis excolit. Castellum ad occasum prætendit muni-
tissimum, quod Edwardus **Tertius** posuit, & Kingsbor-
row, id est Regius Burgus, dixit, pro quo Quinborrow
nunc appellatur. Magis ad ortum extra Tamisis ostium
longe Tanato insulæ locus vadosus, arenosus, & nauigan-
tibus insidiosus præiacet, quem Goodwine sands vo-
cant, **vbi** insulam anno 1097. absorptam, quæ Comitibus
Goodwini patrimonium erat, produnt annales. Forsan
hæc Toliapis, ni malis pro Toliapis, Thanatis legere, &
nonnullis exemplaribus Toliatis legitur, de qua in Can-
tio egimus. Hoc in loco immensa aquarum vastitas ita co-
arctatur, vt Oceani fauces inter Europæ Continentem &
Britanniam non amplius xxx. mill. pass. pateant, quæ an-
gustæ Fretum aliis Britannicum, aliis Gallicum dicitur, & maris
est Britannici limes quod sensim littora, quæ quasi coierant,
semouet, & terris vasta æqua portione cedentibus Britan-
niam & Gallias ab ortu ad occasum interluit. Ab hoc Bri-
tannicum mare incipit,

.....

Errata.

Pag. 213. pro deorsum, lege dorsum. pro nuuc, lege nunc.

<This is mostly a reprint of the first edition; much of it is line for line the same. Most of that edition's misprints have been put right, but several new misprints have been introduced, some of which persist into subsequent editions. As much of the text as is printed here in grey remains virtually unchanged; significant alterations are printed in black. The additions are a mixed bag. Perhaps the most interesting of them is the report of cropmarks at Richborough (page 205), a modern view of which can be found at the following address. – C.F. July 2010.>

<http://www.english-heritage.org.uk/professional/research/landscapes-and-areas/aerial-survey/investigations/richborough-environs/>